Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

coram hely. et sermo dñi erat pauclus. In di
ebus illis nõ erat visio manifesta. Tu aut.
Factum est ergo in die quadã hely iace
bat in lectulo suo. et oculi eius caligauerũt
nec poterant videre lucernam dei antequã
extingueret. Samuel aut dormiebat in
templo dñi. ubi erat archa dei. Et uocauit
dñs samuelẽ. Qui rñdens ait. Ecce ego.
Et cucurrit ad hely. et dixit ei. Ecce ego.
Vocasti eĩ me. Qui dixit. Non uocaui. re
uertere et dormi. Abiit ergo et dormiuit. T.
Et adiecit dñs rursũ uocare samuel.
Consurgensq; samuel abiit ad hely. et dixit.
Ecce ego. quia uocasti me. Qui rñdit. Nõ
uocaui te fili mi. reuertere et dormi. Porro
samuel nec dũ sciebat dñm. neq; reuelatus
ei fuerat sermo dñi. Et adiecit dñs. uoca
uitq; samuel ad huc tertio. Qui consur
gens abiit ad hely et dixit. Ecce ego quia
uocasti me. Tu. Ymn. j. Ps. v.
Intellexit igr hely quia uocasset dñs
puerũ. et ait ad samuelẽ. Vade et dormi.
et si denuo uocauerit te dices. Loq̃re dñe